

## PROPERTI ELEGIARUM II.12



*Propertius eum miratur, qui primus imaginem Cupidinis alati sagittisque armati effecit. Cūr Cupīdo alās habet? Quārē sagittas iacit? Haec omnia poeta explicat. Postrōmo, deī pudicitiam invocāt, nē poetam vulneret, cuius carmina glōriam Cupīdinis augeant.*

quicumque ille fuit, puerum quī pīnxit Amōrem

quicumque = quisquis pingo pīnxī pictum 3

Amor = Cupīdo

nōne putās mīrās hunc habuisse manūs?



is primum vīdit sine sēnsū vīvere amantīs,

amantīs = amantes

sine sensū = sine prūdentiā

et levibus cūrīs magna perīre bona.

levibus cūrīs: dum levia cūrant

5 īdem nōn frūstrā ventōsās addidit alās,

īdem: qui Amōrem pīnxit

ventōsus: venti plēnus



unda, ae f

fēcit et hūmānō corde volāre deum:

in hūmānō corde

scīlicet alternā quoniam iactāmur in undā,

unda alterna: quae modo sūrsum modo deorsum fert

nostraque nōn ūllīs permanet aura locīs.

aura = ventus per-maneo = diu maneo

et meritō hāmātīs manus est armāta sagittīs,

meritō: ut meritum est hāmātus < hāmus, ī m

10 et pharetra ex umerō Cnosia utrōque iacet:

pharetra = saccus quō sagittae

pōnuntur Cnosius =

Crētēnsis

feriō 4 = pulsō

ferit antequam cerninus hostem



nec quisquam ex illō vulnere sānus abit.

in mē tēla manent, manet et puerīlis imāgō:

tēlum i n = sagitta puerīlis, is < puer

	sed certē pennās perdidit ille suās;	pennae = alae
15	ēvolat heu nostrō quoniam dē pectore nusquam, assiduusque meō sanguine bella gerit.	nusquam = nullō modō assiduus: qui continuō rem agit bellum gerō: pugnō
	quid tibi iūcundum est siccīs habitāre medullīs?	medullae: viscera
	sī pudor est, aliō trāice tēla tua! intāctōs istō satius temptāre venēnō:	aliō locō trāiciō < trans + iaciō satius erit intāctōs temptāre, quam me intāctus: quī nondum tangitur temptō 1 = cōnor venēnum, i n: cibus vel pōtiō quae mortem affert
20	nōn ego, sed tenuis vāpulat umbra mea. quam sī perdiderīs, quis erit quī tālia cantet, (haec mea Mūsa levis glōria magna tua est), quī caput et digitōs et lūmina nigra puellae, et canat ut soleant molliter īre pedēs?	vāpulō 1 = verberor tenuis: qui vix vīvit quam <i>umbram</i> Mūsa mea levis <i>magnae tibi glōriae est</i> lūmina = oculi molliter ↔ graviter ut = quam pedēs <i>puellae</i>

## PROPERTI ELEGIARUM I.12

*Propertius sē meritō vitae ōtiōsae accūsārī negat. Nam amīcā absentī nūllam causam habēt quae eum ā negotiīs retineat. Cynthia, amīca Propertī, nōn iam eum complectitur, nōn iam carmina dulcia eī cantāt. Ōlim grātus amātusque erat, nunc vērō sōlus noctēs agere cōgitur. Neque alteram puellam petere neque Cynthiae oblīvīscī potuit, quae semper eī et prīma et ultima amīca manēbit.*

Quid mihi dēsīdiae nōn cessās fingere crīmen,	cessō 1 ↔ festinō dēsīdia: nihil agere crīmen <i>alicui alicuius rei fingō</i> = accusō
quod faciāt nōbīs Cynthia, Rōma, moram?	crīmen, quod...
tam multa illa meō dīvīsa est milia lectō,	illa: Cynthia multa milia = multis millibus

	quantum Hypanis Venetō dissīdet Ēridanō;	Hypanis, is m: fluuius in Sarmatiā Ēridanus: fluuius in Venetiā dissīdeo 2 = procul absum
5	nec mihi cōsuētōs amplexū nūtrit amōrēs  Cynthia, nec nostrā dulcis in aure sonat.	cōsuētus = solitus < soleo, solitus sum 2 nūtriō 4 < nūtrix amplexus, ūs m < amplector 3 = complector 3
	ōlim grātus eram: nōn illō tempore cuiquam  contigit ut similī posset amāre fide.	contingit, contigit 3 = fit
	invidiae fuimus: nōn mē deus obruit? an quae	nōn = nonne? quae: <i>aliquae</i> ob-ruo -ruī - rutum 3 = premedo superāre
10	lēcta Promēthēis dīvidit herba iugīs?  nōn sum ego quī fueram: mūtāt via longa puellās.  quantus in exiguō tempore fūgit amor!  nunc prīmum longās sōlus cognōscere noctēs  cōgor et ipse meīs auribus esse gravīs.	lēctus=collēctus iugum, i n: montes iuga Promēthēa: Caucasus
15	fēlix, quī potuit praesenti flēre puellae:  nōn nihil aspersīs gaudet Amor lacrimīs.  aut sī dēspectus potuit mūtāre calōrēs  (sunt quoque trānslātō gaudia seruitiō).  mī neque amāre aliam neque ab hāc dēsistere fās est:	- <i>fēlix, quī potuit rērum cognoscere causās</i> <i>Verg. Georg. II, 490</i>  nōn nihil = multum  <i>amātor dēspectus</i>  trāns-fero -tuli -lātum -ferre seruitium, i n ↔ libertas  fās est = licet per deos
20	Cynthia prīma fuit, Cynthia fīnis erit.	